

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Quadragesimum sextum. De puella paralytica curata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

Dioecesis Moguntinæ infestationem diuturnam in arce sua A  
Hamerstein ab Imperatore Henrico pressus obsidione.

### Caput Quadragesimum quintum.

*De Monacho à dolore dentium liberato.*

Quidam  
dentiū do-  
lore libe-  
ratur.

**I**N Saxonia monasterium est ordinis Cisterciensis, quod Cellam vocant. Eius quidam frater adeo doluit dentes, ut somnum capere non posset. Nocte quadam supra vires cruciari se sentiens, has preces fudit: Domine Episkepe ENGEIBERTE, si verum est animam tuam degere a B pud Dominum, adiuua me. Dixit sic, & obdormiuit. Postea cuigilans, doloris omnis expers deinceps fuit.

### Caput Quadragesimum sextum.

*De puella paralytica curata.*

Paralytica  
sanatur.

**I**N Westphaliæ pago Hagensi puella quædam pedibus ingredi non potuit præ paralysi. Diu sic vexata tandem perduci se petijt ad locum, vbi beatus martyr occisus est. Vedit id vir quidam, & salutem eius desperans, ait: Si hæc curata fuerit eo loco, quod proficiscitur, ego hoc saxum (digito illud demonstrans) eò deportabo. Venit puella ad locum opratum, & sanata est. Vbi id comperit vir ille, nocte tulit saxum, ne ab alijs irridetur, & ad locum deportauit, qui inde sesqui milliaris aberat.

### Notatio ad Caput Quadragesimum sextum.

Hagen.

**M**Anuscriptus viro Saxifero nomen tradit fuisse Harmu- D dum.

Hagensis pagus itinere duarum horarum Geuelsbergio abest, quem supra ad caput 5. lib. 2. innui, datum in antichresin, iuxta literas, ut vocant reuersales Adolphi & Margaritæ Cliuenium Marchiæque Comitum, eorumque liberorum, Adolphi ac Theoderici, anno 1392. 2. Maij.

Caput